

Super saxa micaceo-schistosa in Hibernia occidentali (Larbalestier).

Species sit e stirpe *Verrucariae thelenae* vel affinis. Thallus forsau Lecideae.

18. *Verrucaria faginella* Nyl.

Forsan varietas *Verrucariae epidermidis*, sed apothecia minora subaggregata et sporae nonnihil maiores (longit. 0,017—22 millim., crassit. 0,007—8 millim.).

In Gailia supra trunco savorum prope Limoges (Lamy).

Observationes.

Lecanora luridatula Nyl. in Flora 1875, p. 298, varietas (vel subspecies) est *Lecanorae Hageni* Nyl. in Flora 1872, p. 250. *L. Zosterae* (Ach.) accedere videtur, sed iodo gelatina hymenialis ejus persistenter coerulescens (contra in *L. luridatula* e coerulecente vino rubescens); sed etiam *L. Hageni* zostericola lecta in Jersey a cl. Larbalestier. — Zw. Exs. 64 comparari possit, at revera est *subluxurians* f. *L. subintricatae*. Comparabilis quoque *L. persimilis* Th. Fr. pertinet ad *L. Sambuci* (Pers.), sporis 8—16nis mox agnoscenda.

Dicatur *sincerior* subspecies vel varietas *Lecanorae erysibes* thallo cinerascenti-pallido vel subochraceo-albido, subgranulato, areolato-rimoso, apotheciis pallido-fuscescentibus lecanorinis. Ad mare in Guernsey et in Hibernia (Larbalestier), in Pyrenaeis orientalibus (ipse).

Dicatur *curvabilis* *Lecanora* omnino similis *L. subdepressae*, sed spermatiis leviter curvulis (longit. 0,008—0,011 millim., crassit. 0,0007 millim.). Sporae longit. 0,017—23 millim., crassit. 0,011—12 millim. Legit eam saxicolam prope Helsingfors E. Lang.

Ut suspicatus sum, *Perltusaria violaria* Nyl. in Flora 1875, p. 299, est *Urceolaria*, apotheciis et spermogoniis deinde lecta a cl. Lamy.

Lecidea tenuicula Nyl. in Flora 1873, p. 293, est solum forma betulicola *L. obscurella* (*heterella*).

Nomen *Lecidea meiocarpa*, quod jam 1863 et postea dedit in herbariis plurimis, recipienda sit pro „*L. minuta*“ nomine nimis commixto dato in *L. Lapp.* or. p. 145. — *L. albobyalina* Nyl.

longe distat et pertinet ad stirpem *L. globulosae*, cuius speciei quidem subspecies esse possit.

Nomine *meiococca* designavi formam *L. scabrae* Tayl. apothecis rufescentibus vel subpallescentibus: Differt ita a *scabra* ut *elaeochroma* differt a *parasema*.

Nomen *Verrucaria analeptoides* Nyl. in Flora 1867, p. 180, mutandum est ob homonymon anterius et dicatur *L. analeptica*.

Me indicante in Stzb. Lich. hyperb. p. 6 „*Leptogium bolacium*“ declaratur etiam glomerulos efficere *Ricasoliae glomuliferae*. Hoc, ni fallor, proles est analogae naturae ac „*Stereocaulon namum*“, quod nullum est *Stereocaulon*, ne quidem aliquid affine, sed sistit quasi *Leprarium* sui generis, atque, ut „*Parmelia lanuginosa*“ et aliae crustae plurimae leprarioideae, numquam apothecia profert. Adsunt ita thalli leprarioidei et gonimici et gonidici.

Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

152. 2 kleinere Mittheilungen v. A. Stutzer aus dem agriculturchem. Laboratorium in Göttingen. 1876.
153. Dr. Conwentz, über die versteinten Hölzer aus dem norddeutschen Diluvium. Breslau 1876.
154. A. Braun, Bemerkungen über einige Cycadeen und kleinere Mittheilungen.
155. Rabenhorst, Bryotheca Europaea. Fasc. XXVII, N. 1301—50. Dresden 1876.
156. Oesterreichische Botanische Zeitschrift. 26. Jahrg. Wien 1876.
157. F. Darwin, on the glandular bodies on *Acacia sphaerocephala* and *Cecropia peltata*.
158. The Journal of Botany edited by H. Trimen. New series. Vol. V. London. 1876.
159. Nova acta reg. soc. sc. Upsalensis Ser. III. Vol. X. fasc. I. 1876.
160. Ein Fascikel Flechten von F. Arnold.
161. Tijdschrift der bevordering van Nijverheid. Deel XXXIX. Haarlem 1876.
162. Ch. Darwin, Bewegungen und Lebensweise der kletternden Pflanzen. Uebersetzt von V. Carus. Stuttgart, Schweizerbart 1876.
163. M. E. Morren, la digestion végétale. Gand 1876.
164. Dr. L. Just, Botanischer Jahresbericht 3. Jahrg. (1875) 1. Berlin, Bornträger 1876.

**Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei
(F. Huber) in Regensburg.**

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1876

Band/Volume: [59](#)

Autor(en)/Author(s):

Artikel/Article: [Observationes 577-578](#)